

www.e-rara.ch

The History Of The Life Of M. Tullius Cicero

Middleton, Conyers

Basil, MDCCXC [1790]

Universitätsbibliothek Basel

Shelf Mark: UBH AO II 12-15

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-92833>

Notes to Section VII.

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

NOTES

TO SECTION VII.

^r **W**hile the ancient discipline of the Republic subsisted, no general could pretend to a triumph, who had not enlarged the bounds of the Empire by his conquests, and killed at least five thousand enemies in battle, without any considerable loss of his own foldiers. This was expressly enacted by an old law : in support of which a second was afterwards provided, that made it penal for any of their triumphant Commanders to give a false account of the number of slain, either on the enemy's side, or their own; and obliged them, upon their entrance into the City, to take an oath before the Quæstors or public Treasurers, that the accounts, which they had sent to the Senate, of each number, were true. Val. Max. 2. 8. But these laws had long been neglected and treated as obsolete; and the honor of a Triumph usually granted, by intrigue and faction, to every General of any credit, who had gained some little advantage against Pirates or fugitives, or repelled the incur-

sions of the wild barbarians, who bordered upon the distant provinces.

² Nonne HS. centies & octagies — quasi vasarii nomine — ex ærario tibi attributum, Romæ in quæstu reliquisti? in Pison. 35.

³ Totum negotium non est dignum viribus nostris, qui majora onera in Rep. sustinere & possim & soleam. Ep. Fam. 2. 11.

O rem minime aptam meis moribus, &c. Ad Att. 5. 10.

Sed est incredibile, quam me negotii tædeat, non habet satis magnum campum ille tibi non ignotus cursus animi mei. — Ib. 15.

⁴ Noli putare mihi aliam consolationem esse hujus ingentis molestiæ, nisi quod spero non longiorem annua fore. Hoc me ita velle multi non credunt ex consuetudine aliorum. Tu, qui scis, omnem diligentiam adhibebis: tum scilicet, cum id agi debebit. Ib. 2.

⁵ Ad Att. 5. 1.

⁶ In Cumano cum essem, venit ad me, quod mihi pergratum fuit, noster Hortensius: cui, deposcenti mea mandata, cætera universe mandavi; illud proprie, ne pateretur, quantum esset in ipso, prorogari nobis provinciam. — habuimus in Cumano quasi pusillam Romam; tanta erat in his locis multitudo. — Ib. 2.

⁷ Nos Tarenti, quos cum Pompeio *διαλόγῃς* de Repub. habuerimus ad te perscribemus — Ib. 5.

Tarentum veni a. d. xv Kal. Jun. quod Pontinium statueram expectare, commodissimum duxi dies eos cum Pompeio consumere: eoque magis, quod ei gratum esse id videbam, qui etiam a me petierit, ut secum & apud se essem quotidie: quod concessi libenter, multos enim ejus præclaros de

Repub. sermones accipiam; instruar etiam consiliis idoneis ad hoc nostrum negotium. — Ib. 6.

Ego, cum triduum cum Pompeio & apud Pompeium fuisset, proficiscebatur Brundisium. — Civem illum egregium relinquebam, & ad hæc, quæ timentur, propulsanda paratissimum. — Ib. 7.

⁸ Ad Att. 5. 8, 9.

⁹ Valde me Athenæ delectarunt: urbs duntaxat, & urbis ornamentum, & hominum amores in te, & in nos quædam benevolentia; sed multum & Philosophia — si quid est, est in Aristo apud quem eram, nam Xenonem tuum — Quinto concesseram — Ad Att. 5. x. Ep. Fam. 2. 8. 13. 1.

¹⁰ Visum est Xenoni, & post, ipsi Patroni, me ad Memmium scribere, qui pridie quam ego Athenas veni, Mitylenas profectus erat, — non enim dubitabat Xeno, quin ab Areopagitis invito Memmio impetrari non posset. Memmius autem ædificandi consilium abjecisset, sed erat Patroni iratus, itaque scripsi ad eum accurate — Ad Att. 5. 11.

¹¹ Ep. Fam. 13. 1.

¹² Ibid. 7. 12.

¹³ Ibid. 8. 1.

¹⁴ Ibid. 2. 8.

¹⁵ Ephesum venimus a. d. xi. Kal. Sext. — Ad Att. 5. 13. vid. it. ib. 12.

¹⁶ De concursu legationum, privatorum, & de incredibile multitudine, quæ mihi jam Sami, sed mirabilem in modum Ephesi præsto fuit aut te audisse puto — ex quo te intelligere certo scio multorum annorum ostentationes meas nunc in discrimen esse adductas — Ib. 13.

¹⁷ Laodiceam veni prid. Kal. Sextilis. Ex hoc die clavum anni movebis. Ib. 15.

¹⁸ Ego — quotidie meditor, præcipio meis; faciam denique ut summa modestia & summa abstinencia munus hoc extraordinarium traducamus. — Ib. 9.

Adhuc sumptus nec in me aut publice aut privatim, nec in quemquam comitum. Nihil accipitur lege Julia, nihil ab hospite, persuasum est omnibus meis serviendum esse famæ meæ. Belle adhuc. Hoc animadversum Græcorum laude & multo sermone celebratur. Ib. 10.

Nos adhuc iter per Græciam summa cum admiratione fecimus. Ib. 11.

¹⁹ Levantur miseræ civitates, quod nullus fit sumptus in nos, neque in Legatos, neque in Quæstorem, neque in quemquam. Scito, non modo nos scænum, aut quod lege Julia dari solet non accipere, sed ne ligna quidem, nec præter quatuor lectos, & tectum, quemquam accipere quidquam; multis locis ne tectum quidem, & in tabernaculo manere plerumque — Ad Att. 5. 16.

Ut nullus teruncius infumatur in quemquam; id fit etiam & Legatorum & Tribunorum & præfectorum diligentia. Nam omnes mirifice *συμβολοδόξουν* gloriæ meæ — Ib. 17.

²⁰ Erat mihi in animo recta proficisci ad exercitum, æstivos menses reliquos rei militari dare, hibernos jurisdictioni — Ib. 14.

²¹ In castra veni a. d. vii. Kal. Sept. ad d. iii. exercitum lustravi. Ex his castris cum graves de Parthis nuncii venirent, perrexī in Ciliciam, per Cappadociæ partem eam, quæ Ciliciam attingit — Ib. 5. 20.

Regis Antiochi Comageni Legati primi mihi nunciarunt Parthorum magnas copias Euphratem transire cœpisse. — Cum exercitum in Ciliciam ducerem — mihi litteræ redditæ sunt a Tarcondimoto, qui fidelissimus socius trans Taurum

Populi Rom. existimatur. Pacorum Orodi Regis Parthorum filium, cum permagno equitatu transisse Euphratem, &c. Ep. Fam. 15. 1.

Eodem die ab Jamblichō, Phylarcho Arabum — litteræ de eisdem rebus, &c.

²² Ep. Fam. 15. 2, 3, 4.

²³ Ad Att. 6. 1.

²⁴ Fuerat enim Præfectus Appio, & quidem habuerat turmas Equitum, quibus inclusum in curia senatum Salamini obsederat, ut fame senatores quinque morerentur, — Ibid.

²⁵ Itaque ego, quo die tetigi provinciam, cum mihi Cyprii Legati Ephesum obviam venissent, litteras misi ut equites ex insula statim decederent — ad Att. 6. 1. confeceram, ut solverent centesimis — at Scaptius quaternas postulabat — ib. homines non modo non recusare, sed etiam dicere, se a me solvere. Quod enim Prætori dare consueissent, quoniam ego non acceperam, se a me quodam modo dare; atque etiam minus esse aliquanto in Scaptii nomine, quam in vestigali prætorio — ib. 5. 21.

²⁶ Atque hoc tempore ipso impingit mihi epistolam Scaptius Brutus, rem illam suo periculo esse: quod nec mihi unquam Brutus dixerat nec tibi — Ib. nunquam ex illo audiui illam pecuniam esse suam — Ib.

²⁷ Habes meam causam: quæ si Bruto non probatur, nescio cur illum amemus: sed avunculo ejus certe probabitur. — Ib. 5. 21.

²⁸ Si Brutus putabit me quaternas centesimas oportuisse decernere, qui in tota provincia singulas observarem, itaque edixissem, idque etiam acerbissimis fœneratoribus probaretur; si præfecturam negotiatori denegatam queretur, quod ego Torquato nostro in tuo Lenio, Pompeio ipsi in

S. Statio negavi, & iis probavi; si equites deductos moleste feret; accipiam equidem dolorem, mihi illum irasci, sed multo majorem, non esse cum talem, qualem putassem — Sed plane te intelligere volui, mihi non excidisse illud, quod tu ad me quibusdam literis scripsisses, si nihil aliud de hac Provincia nisi illius benevolentiam deportassem, mihi id satis esse. Sit sane, quoniam ita tu vis, sed tamen cum eo credo, quod sino peccato meo fiat — Ibid.

²⁹ Ain' tandem Attice, laudator integritatis & elegantiae nostrae? ausus es hoc ex ore tuo, inquit Ennius, ut equites Scaptio ad pecuniam cogendam darem, me rogare? an tu, si mecum esses, qui scribis morderi te interdum quod non simul sis, paterere me id facere, si vellem? — & ego audebo legere unquam, aut attingere eos libros, quos tu dilaudas? si tale quid fecero — ad Att. 6. 2.

³⁰ Ad me etiam, cum rogat aliquid contumaciter, arroganter, ἀναιστανήτως solet scribere — ib. 6. 1.

Omnino (foli enim fumus) nullus unquam ad me literas misit Brutus — in quibus non esset arrogans, ἀναιστανήτων aliquid — in quo tamen ille mihi risum magis quam stomachum movere solet. Sed plane parum cogitat, quid scribat, aut ad quem — Ib. 6. 3.

³¹ Bruti tui causa, ut saepe ad te scripsi, feci omnia — Ariobarzanes non in Pompeium prolixior per ipsum, quam per me in Brutum — pro ratione pecuniae liberius est Brutus tractatus, quam Pompeius. Bruto curata hoc anno talenta circiter c. Pompeio in sex mensibus promissa cc. — ibid. —

³² Itaque confestim iter in Ciliciam feci per Tauri pylas. Tarsum veni a. d. 111. Non. Oct. inde ad Amanum contendi, qui Syriam a Cilicia in aquarum divortio dividit — rumore adventus nostri, & Cassio, qui Antiochia tenebatur, animus accessit, & Parthis timor injectus est. Itaque eos cedentes

ab oppido Cassius infecutus rem bene gessit. Qua in fuga magna auctoritate Ofaces, dux Parthorum, vulnus accepit, eoquē interiit paucis post diebus. Ad Att. 5. 20.

¹⁷ Ib. 5. 18.

¹⁸ Qui mons erat hostium plenus sempiternorum. Hic a. d. 111. idus Octob. magnum numerum hostium occidimus. Castella munitissima, nocturno Pontinii adventu, nostro matutino cepimus, incendimus. Imperatores appellati sumus. Castra paucos dies habuimus, ea ipsa, quæ contra Darium habuerat apud Issum Alexander, Imperator haud paullo melior, quam aut tu aut ego. Ibi dies quinque morati, direpto et vastato Amano, inde discessimus. — Ad Att. 5. 20.

Expedito exercitu ita noctu iter feci, ut ad 111. Id. Octob. cum lucisceret, in Amanum ascenderem, distributisque cohortibus & auxiliis, cum aliis Quintus frater Legatus, mecum simul, aliis C. Pontinius Legatus, reliquis M. Anneius, & M. Tullius Legati præessent: plerosque nec opinantes oppressimus — Eranam autem, quæ fuit non vici instar, sed urbis, quod erat Amani caput — acriter & diu repugnantibus, Pontinio illam partem Amani tenente, ex antelucano tempore usque ad horam diei decimam, magna multitudine hostium occisa, cepimus, castellaque sex capta: complura incendimus. His rebus ita gestis, castra in radicibus Amani habuimus apud aras Alexandri quadriduum: & in reliquiis Amani delendis, agrisque vastandis — id tempus omne consumpsimus — Ep. Fam. 15. 4. vid. Ibid. 2. 10.

¹⁹ Confectis his rebus ad Oppidum Eleutherocilicum, Pindenissum, exercitum adduxi: quod cum esset altissimo & munitissimo loco, ab iisque incoletetur, qui ne Regibus quidem unquam paruissent: cum & fugitivos reciperent, & Parthorum adventum acerrime expectarent: ad existimatio-

nem imperii pertinere arbitratus sum comprimere eorum audaciam — vallo & fossa circumdedi, sex castellis, castrisque maximis sepsi, aggere, vineis, turribus oppugnavi, ususque tormentis multis, multis sagittariis, magno labore meo — septimo quadragesimo die rem confeci. — Ep. Fam. 15. 4.

Qui (malum) isti Pindenissæ? qui sunt? inquires: nomen audiavi nunquam. Quid ego faciam? potui Ciliciam, Ætoliā, aut Macedoniam reddere? hoc jam sic habeto, nec hoc exercitu hic tanta negotia geri potuisse. — &c. — Ad Att. 5. 20.

Mancia pænibant Saturnalibus tertiis; cum hæc scriberem in tribunali, res erat ad H. S. cxx. Ib. —

³⁶ His erant finitimi pari scelere & audacia Tiburani: ab his, Pindenisso capto, obliides accepi, exercitum in hiberna dimisi. Q. Fratrem negotio præposui, ut in vicis aut captis aut malo pacatis exercitus collocaretur. Ep. Fam. 15. 4.

³⁷ Ep. Fam. 9. 25.

³⁸ Erat in Syria nostrum nomen in gratia. Venit interim Bibulus. Credo voluit appellatione hac inani nobis esse par. In eodem Amano cœpit laureolam in mustaceo quærere. At ille cohortem primam totam perdidit — sane plagam odiosam acceperat tum re tum tempore. — Ad Att. 5. 20.

³⁹ Nunc publicè litteras Romam mittere parabam. Uberiores erunt, quam si ex Amano misissem. Ibid.

Deinde de Triumpho, quem video, nisi Reipub. tempora impediunt, *ἐμπόριον* — ad Att. 7. 1.

Ei porro assensus est unus, familiaris meus Favonius; alter iratus Hirrus. Cato autem & scribendo affuit. — Ib.

Res ipsa declarat, tibi illum honorem supplicationis jucundum fuisse, quod scribendo affuisti. Hæc enim Senatus con-

fulta non ignoro ab amicissimis ejus, cujus de honore agitur, scribi solere. Ep. Fam. 15. 6.

⁴⁰ Ep. Fam. 15. 5.

⁴¹ Itaque Cæsar iis litteris, quibus mihi gratulatur, & omnia pollicetur, quo modo exultat Catonis in me ingrattissimi injuria; ad Att. 7. 2.

⁴² Aveo scire — Cato quid agat: qui quidem in me turpiter fuit malevolus. Dedit integritatis, justitiæ, clementiæ, fidei testimonium; quod non quærebam; quod postulabam, negavit — at hic idem Bibulo dierum viginti. Ignosce mihi, non possum hæc ferre. — Ibid. —

⁴³ Ep. Fam. 15. 6.

⁴⁴ Ut optasti, ita est; velles enim, ais, tantummodo ut haberem negotii quod esset ad laureolam satis. Parthos times, quia diffidis copiis nostris. Ep. Fam. 2. 10. 8. 5.

⁴⁵ Cicerones nostros Deiotarus filius, qui Rex a Senatu appellatus est, secum in regnum. Dum in æstivis nos essemus, illum pueris locum esse bellissimum duximus. Ad Att. 5. 17.

Cicerones pueri amant inter se, discunt, exercentur: sed alter — frænis eget, alter calcaribus — Dionysius mihi quidem in amoribus est. Pueri autem aiunt eum furenter irasci. Sed homo nec doctior, nec sanctior fieri potest. Ibid. 6. 1.

⁴⁶ Mihi tamen cum Deiotaro convenit, ut ille in meis castris esset cum omnibus suis copiis, habet autem cohortes quadringenarias nostra armatura triginta; equitum duo millia. — Ibid.

Deiotarum confestim jam ad me venientem cum magno & firmo equitatu & peditatu & cum omnibus suis copiis, certiore feci, non videri esse causam cur abesset a regno. — Ep. Fam. 15. 4.

⁴⁷ Deiotarus mihi narravit, &c. Ad Att. 6. 1. 5. 21.

⁴⁸ Cave putes quicquam homines magis unquam esse miratos, quam nullum teruncium, me obtinente provinciam, sumtus factum esse, nec in Remp. nec in quemquam meorum, præterquam in L. Tullium, Legatum. Is cæteroqui abstinens (sed Julia lege transitans, semel tamen in diem, non ut alii solebant omnibus vicis) facit ut mihi excipiendus sit, cum teruncium nego sumtus factum. Præter eum accepit nemo. Has sordes a nostro Q. Titinnio accepimus. — Ad Att. 5. 21.

Civitates locupletes, ne in hiberna milites reciperent, magnas pecunias dabant. Cyprii talenta Attica cc. Qua ex insula (non ὑπερβολικῶς sed verissime loquor) nummus nullus me obtinente erogabitur. Ob hæc beneficia, quibus obstupescunt, nullos honores mihi, nisi verborum, decerni sino. Statuas, fana, τεβρίππου, prohibeo. — Ibid.

Fames, quæ erat in hac mea Asia, mihi optanda fuerit. Quacunque iter feci, nulla vi, — auctoritate & cohortatione perfecti, ut & Græci & Cives Romani, qui frumentum comperferant, magnum numerum populis pollicerentur. — Ib.

⁴⁹ Ita vivam, ut maximos sumptus facio. Mirifice delector hoc instituto. Ad Att. 5. 15.

⁵⁰ Ibid. 6. 2.

⁵¹ Quid enim potest esse tam dissimile, quam illo impetrante, exhaustam esse sumptibus & jacturis provinciam, nobis eam obtinentibus, nummum nullum esse erogatum nec privatim nec publicè, &c. — Ib. 6. 1.

⁵² Ego Appium, ut tecum sæpe locutus sum, valde diligo. Meque ab eo diligi statim cœptum esse, ut similitatem deposuimus, sensi — jam me Pompeii totum esse scis: Brutum a me amari intelligis. Quid est causæ, cur mihi non in optatis est complecti hominem, florentem ætate, opibus, honoribus,

ingenio, liberis, propinquis affinibus, amicis. — Ep. Fam. 2. 13.

⁵³ Ut si Medicus, cum ægrotus alii medico traditus sit, irasci velit ei medico, qui sibi successerit, si quæ ipse in curando constituerit, mutet ille. Sic Appius, cum *ἐξ ἀσπίδος* provinciam curarit, sanguinem miserit, &c. Ad Att. 6. 1.

⁵⁴ Cum contra voluntatem meam — accidisset, ut mihi cum imperio in Provinciam ire necesse esset — hæc una consolatio occurrebat, quod neque tibi amicior, quam ego sum, quisquam posset succedere, neque ego ab ullo provinciam accipere, qui mallet eam mihi quam maxime aptam explicatamque tradere, &c. Ep. Fam. 3. 2.

⁵⁵ — me libenter ad eam partem provinciæ primum esse venturum, quo te maxime velle arbitrarer, &c. — Ib. 5.

Appius noster, cum me adventare videt, profectus est Tarsum usque Laodiceâ. — Ad Att. 5. 17.

⁵⁶ Ep. Fam. 3. 7.

⁵⁷ What confirms this notion is, that Crassipes appears to have been alive at this time, and under Cicero's displeasure: who mentions him as the only Senator, beside, Hirrus, to whom he did not think fit to write about the affair of his Supplication. Ad Att. 7. 1.

⁵⁸ Ego dum in provincia omnibus rebus Appium orno, subito sum factus accusatoris ejus focer — sed crede mihi nihil minus putaram ego, qui de Ti. Nerone, qui mecum egerat, certos homines ad mulieres miseram, qui Romam venerunt factis sponsalibus. Sed hoc spero melius. Mulieres quidem valde intelligo delectari obsequio & comitate adolescentis. — Ad Att. 6. 6.

⁵⁹ Gener est suavis — quantumvis vel ingenii, vel humanitatis; fatis. Reliqua quæ nosti ferenda. Ad Att. 7. 3.

Dolabellam

Dolabellam a te gaudeo primum laudari, deinde etiam amari. Nam ea quæ speras Tulliæ meæ prudentia posse temperari, scio, cui tuæ epistolæ respondeant. Ep. Fam. 2. 15. it. 8. 13.

Hac oblectabar specula, Dolabellam meum fore ab iis molestiis, quas libertate sua contraxerat, liberum. — lb. 16.

“ Illud mihi occurrit, quod inter postulationem, & nominis delationem uxor a Dolabella discessit. — lb. 8. 6.

“ Pompeius dicitur valde pro Appio laborare, ut etiam putent alterutrum de filiis ad te missurum. Ibid. —

Post hoc negotium autem & temeritatem nostri Dolabellæ deprecatores me pro illius periculo præbeo. — lb. 2. 13.

Tamen hac mihi affinitate nuntiata, non majore equidem studio, sed acrius, apertius, significantius dignitatem tuam defendissem — nam ut vetus nostra similitudo antea stimulabat me, ut caverem ne cui suspicionem fictæ reconciliatæ gratiæ darem: sic affinitas novam curam affert cavendi. Ibid. 3. 12.

“ Dio, p. 147.

“ Scis Appium Cenforem hic ostenta facere? de signis & tabulis, de agri modo, & ære alieno acerrime agere? persuasum est ei, Censuram lomentum aut nitrum esse Errare mihi videtur. Nam fordes eluere vult, venas sibi omnes & viscera aperit. Curre per Deos, & quam primum hæc risum veni: Legis Scantinæ judicium apud Drusum fieri; Appium de tabulis & signis agere. — Ep. Fam. 8. 14.

“ Dio. l. 40. p. 150.

“ Hoc video, cum homine audacissimo, paratissimoque negotium esse: omnes damnatos, omnes ignominia affectos, omnes damnatione ignominiaque dignos illac facere. Omnem fere juventutem, omnem illam urbanam ac perditam plebem; Tribunos valentes — omnes, qui ære alieno premantur —

causam solam illa causa non habet, cæteris rebus abundat
— Ad Att. 7. 3.

In hoc discordia video, Cn. Pompeium senatum, quique res judicant, secum habiturum: ad Cæsarem omnes, qui cum timore aut mala spe vivant, ad Cæsarem accessuros. Exercitum conferendum non esse. Ep. Fam. 8. 14.

⁶⁶ Cæsari autem persuasum est, se saluum esse non posse, si ab exercitu recesserit. Fert illam tamen conditionem, ut ambo exercitus tradant. Ibid.

⁶⁷ Sueton. J. Cæs. c. 28. Strabo. l. 5. 326.

⁶⁸ Appian. 2. 443.

⁶⁹ Marcellus fœde de Comensi: etsi ille Magistratum non gesserit, erat tamen transpadanus. Ita mihi videtur non minus stomachi nostro, ac Cæsari movisse. Ad Att. 5. 11.

⁷⁰ Cum interrogaretur, si qui tum intercederent: dixit hoc nihil interesse, utrum C. Cæsar Senatui dicto audiens futurus non esset, an pararet, qui Senatum decernere non pateretur. Quid si, inquit alius, & Consul esse & exercitum habere volet? at ille quam clementer. Quid si filius meus fustem mihi impingere volet? Ep. Fam. 8. 8.

⁷¹ Ep. Fam. 2. 9, 10. it. 8. 2, 3, 9.

⁷² Fere litteris omnibus tibi de Pantheris scripsi. Turpe tibi erit, Patiscum Curioni decem Pantheras misisse, te non multis partibus plures, &c. Ep. Fam. 8. 9.

M. Feridium — tibi commendo. Agros quos fructuarios habent civitates, vult tuo beneficio, quod tibi facile & honestum factu est, immunes esse — Ib.

⁷³ Ad Quint. Frat. 1. 1. §. 9.

⁷⁴ Rescripsi, me moleste ferre, si ego in tenebris laterem, nec audiretur Romæ, nullum in mea provincia nummum nisi in æs alienum erogari; docuique nec mihi con-

ciliare pecuniam licere, nec illi capere; monuique eum, &c. Ad Att. 6. 1.

⁷⁵ De Pantheris, per eos, qui venari solent, agitur mandato meo diligenter sed mira paucitas est: & eas, quæ sunt, valde aiunt queri quod nihil cuiquam infidiarum in mea provincia nisi sibi fiat. — Ep. Fam. 2. 11.

⁷⁶ Sed ut spero & volo, & ut se fert ipse Curio, bonos & senatum malet. Totus ut nunc est, hoc scaturit. — Ib. 8. 4.

⁷⁷ Ep. Fam. 2. 7.

⁷⁸ Extrema pagella pupugit me tuo chirographo. Quid ais? Cæsarem nunc defendit Curio? quis hoc putaret præter me? nam ita vivam, putavi — Ib. 13.

⁷⁹ Ep. Fam. 15. 7. 10, 11, 12, 13.

⁸⁰ Sueton. J. Cæs. 29.

⁸¹ Appian. l. ii. p. 443.

⁸² Sexcenties Sestertium æris alieni. Val. Max. 9. 1.

⁸³ Qui nihil in censu habuerit, præter discordiam principum. Plin. Hist. l. 36. 15.

⁸⁴ Laodiceæ me prædes accepturum arbitror omnis publicæ pecuniæ — nihil est, quod in isto genere cuiquam possim commodare, &c. Ep. Fam. 2. 17.

Illud quidem certe factum est, quod lex jubebat, ut apud duas civitates, Laodicensem, & Apamaensem, quæ nobis maximæ videbantur — rationes confectas & consolidatas deponeremus, &c. Ib. 5. 20.

⁸⁵ Cum enim rectum & gloriosum putarem ex annuo sumptu, qui mihi decretus esset, me C. Cælio Quæstori relinquere annum, referre in ærarium ad H. S. CIO. ingemuit nostra cohors, omne illud putans distribui sibi oportere: ut ego amicior invenire Phrygum aut Cilicum ærariis, quam

nostro. Sed me non moverunt; nam mea laus apud me plurimum valuit. Nec tamen quicquam honorifice in quemquam fieri potuit, quod prætermiserim. Ad Att. 7. 1.

³⁶ Ego de provincia decedens Quæstorem Cælium præposui provinciae. Puerum? inquires. At Quæstorem; at nobilem adolescentem; at omnium fere exemplo. Neque erat superiore honore usus, quem præficerem. Pontinius multo ante discesserat. A Quinto fratre impetrari non poterat: quem tamen si reliquisset, dicerent, iniqui, non me plane post annum, ut Senatus voluisset, de provincia decessisse, quoniam alterum me reliquisset. Ep. Fam. 2. 15. vid. it. ad Att. 6. 5, 6.

³⁷ Huc odiosa afferebantur de Curione, de Paullo: non quo ullum periculum videam stante Pompeio, vel etiam sedente, valeat modo. Sed mehercule Curionis & Paulli meorum familiarium vicem doleo. Formam igitur mihi totius Reip. si jam es Romæ, aut cum eris, velim mittas, quæ mihi obviam veniat; ex qua me fingere possim, &c. ad Att. 6. 3.

³⁸ In unius hominis, quotannis periculose ægrotantis, anima, positas omnes nostras spes habemus — ibid. 8. 2.

³⁹ Quo quidem tempore universa Italia vota pro salute ejus, primo omnium civium, suscepit — Vell. Pat. 2. 48. Dio, p. 155.

⁴⁰ Rhodum volo puerorum causa. Ad Att. 6. 7.

⁴¹ Cum e Cilicia decedens Rhodum venissem, & eo mihi de Q. Hortensii morte esset allatum; opinione omnium majorem animo cepi dolorem — Brut. init.

⁴² Nam is post Consulatum — summum illud suum studium remisit, quo a puero fuerat incensus; atque in omnium rerum abundantia voluit beatius, ut ipse putabat, remissius certe vivere. Brut. p. 443.

⁹³ Motus & gestus etiam plus artis habebat, quam erat Oratori fatis. Brut. 425. dicebat melius quam scripsit Hortensius. Orator. p. 261.

Ejus scripta tantum intra famam sunt, qui diu princeps Oratorum — existimatus est, novissime quoad vixit, secundus; ut appareat placuisse aliquid eo dicente, quod legentes non invenimus — Quint. 11. 3.

⁹⁴ Erat in verborum splendore elegans, compositione aptus, facultate copiosus: — nec pratermittebat fere quicquam, quod erat in causa — vox canora & suavis. — Brut. 425.

⁹⁵ Nam & amico amisso cum consuetudine jucunda, tum multorum officiorum conjunctione me privatum videbam — augebat etiam molestiam, quod magna sapientium civium bonorumque penuria, vir egregius, conjunctissimusque mecum consiliorum omnium societate alienissimo Reipub. tempore extinctus — Brut. init.

⁹⁶ Prid. Id. Octob. Athenas venimus, cum sane adversis ventis usi essemus — Ep. Fam. 14. 5.

⁹⁷ Audio Appium *προβλαιν*, Eleusine facere. Num inepti fuerimus, si nos quoque Academiae fecerimus? — equidem valde ipsas Athenas amo. Volo esse aliquod monumentum. Odi falsas inscriptiones alienarum Statuarum. Sed ut tibi placebit. — Ad Att. 6. 1.

⁹⁸ Cognovi ex multorum amicorum litteris — ad arma rem spectare. Ut mihi cum venero, dissimulare non liceat, quid sentiam. Sed quum subeunda fortuna est, eo citius dabimus operam ut veniamus, quo facilius de tota re deliberemus. — Ep. Fam. 14. 5.

Sive enim ad concordiam res adduci potest, sive ad bonorum victoriam, utriusve rei me aut adiutorem esse velim, aut certe non expertem. — Ad Att. 7. 3.

⁹⁹ Ipsum tamen Pompeium separatim ad concordiam hortabor. Ib.

Me autem uterque numerat suum. Nisi forte simulat alter. Nam Pompeius non dubitat (vere enim judicat) ea, quæ de Repub. nunc sentiat, mihi valde probari. Utriusque autem accepi litteras ejusmodi — ut neuter quemquam omnium pluris facere quam me videretur. Ib. 7. 1.

¹⁰⁰ De Tirone video tibi curæ esse. Quem quidem ego, etsi mirabiles utilitates mihi præbet, cum valet, in omni genere vel negotiorum vel studiorum meorum, tamen propter humanitatem & modestiam malo saluum, quam propter usum meum. Ad Att. 7. 5.

¹⁰¹ Ep. Fam. 16. 1.

¹⁰² Ad Att. 6. 8.

¹⁰³ De triumpho, nulla me cupiditas unquam tenuit ante Bibuli impudentissimas litteras, quas amplissima supplicatio consecuta est. A quo si ea gesta sunt, quæ scripsit, gauderem & honori faverem. Nunc illum, qui pedem porta, quoad hostis cis Euphratem fuit, non extulerit, honore augeri, me, in cujus exercitu spem illius exercitus habuit, idem non assequi, dedecus est nostrum; nostrum, inquam, te conjungens. Itaque omnia experiar, & ut spero, assequar. — Ad Att. 7. 2.

¹⁰⁴ Brundisium venimus vii. Kal. Decemb. — Terentia vero, quæ quidem eodem tempore ad portam Brundisiam venit, quo ego in portum, mihiq; obvia in Foro fuit. Ibid. —

Mihi *οὐδέ* unum erit, quod a Pompeio gubernabitur — dic. M. Tulli *ὁ νόμος*. Cn. Pompeio assentio — Ib. 3.

Nunc incido in discrimen ipsum, — dabunt operam, ut eliciant sententiam meam — tu autem de nostro statu co-

gitabis; primum quo artificio tueamur benevolentiam Cæsaris

— Ib. 1.

¹⁰⁵ Ad Att. 7. 4.

¹⁰⁶ Illud tamen non definam, dum adesse te putabo, de Cæsaris nomine rogare, ut confectum relinquo. Ib. 5. 6.

Mihi autem molestissimum est, quod solvendi sunt nummi Cæsari, & instrumentum triumphii eo conferendum. est enim ἀμορῶν, ἀνιπολιτευομένων χρεοφειλέτην esse. — Ib. 7. 8.

¹⁰⁷ Ib. 7. 8.

¹⁰⁸ De Repub. quotidie magis timeo. Non enim boni, ut putant, consentiunt. Quos ego Equites Romanos, quos Senatores vidi, qui acerrime tum cætera, tum hoc iter Pompeii vituperarent. Pace opus est, ex victoria cum multa mala, tum certe Tyrannus existet. — Ib. 7. 5.

Ut si victus eris, proscribere; si viceris, tamen servias. Ib. 7. 7.

Ad pacem hortari non defino, quæ vel injusta utilior est, quam justissimum bellum. — Ib. 7. 14.

Mallet tantas ei vires non dedisset, quam nunc tam valenti resisteret. Ib. 7. 3.

Nisi forte hæc illi tum arma dedimus, ut nunc cum bene parato pugnaremus. Ib. 7. 6.

¹⁰⁹ Ego ad urbem accessi prid. non. Jan. obviam mihi sic est proditum, ut nihil possit fieri ornatus. Sed incidi in ipsam flammam civilis discordiæ vel potius belli — Ep. Fam. 16. 11.

Ego in Tusculanum nihil hoc tempore. Devium est τοῖς ἀπηνήσῃσι, &c. ad Att. 7. 5.

¹¹⁰ Antonius quidem noster & Q. Cassius, nulla vi expulsi, ad Cæsarem cum Curione profecti erant; postea quam senatus Consulibus, Prætoribus, Tribunis plebis & nobis,

qui Proconsules fumus, negotium dederat, ut curaremus, ne quid Resp. detrimenti caperet — Ep. Fam. 16. 11.

¹¹¹ Tenesne memoria Prætextatum te decoxisse? — nemo unquam puer emptus libidinis causa tam fuit in domini potestate, quam tu in Curionis. Quoties te pater ejus domo sua ejecit? — scisne me de rebus mihi notissimis dicere? recordare tempus illud, cum Pater Curio mœrens jacebat in lecto; filius se ad pedes meos prosternens, lacrimans te mihi commendabat, orabat, ut te contra patrem suum, si H. S. sexagies peteret, defenderem: tantum enim se pro te intercessisse: ipse autem amore ardens confirmabat, quod desiderium tui discidii ferre non posset — quo ego tempore tanta mala florentissimæ familiæ sedavi vel potius fustuli: patri persuasi, ut æs alienum filii dissolveret, &c. — Philip.

2. 18. — M. Antonius, perdundæ pecuniæ genitus, vacuusque curis nisi instantibus. Sallust. Histor. Fragm. 1. iii.

¹¹² Te domi P. Lentuli educatum — Phil. 2. 7. Intimus erat in Tribunatu Clodio — ejus omnium incendiorum fax — cujus etiam domi quiddam jam tum molitus est, &c. Ib. 19.

¹¹³ Inde iter Alexandriam, contra senatus auctoritatem, contra Rempub. & religiones: sed habebat ducem Gabinium, &c. Ib.

¹¹⁴ Prius in ultimam Galliam ex Ægypto quam domum — venisti e Gallia ad Quæsturam petendam. — Ib. — vid. Plutar. in Anton.

¹¹⁵ Acceperam jam ante Cæsaris litteras, ut mihi satisfieri paterer a te — postea custoditus sum a te, tu a me observatus in petitione Quæsturæ, quo quidem tempore P. Clodium — in foro es conatus occidere — ita prædicabas, te non existimare nisi illum interfecisses, unquam mihi pro tuis in me injuriis satis esse facturum — Ib. 20.

Cum se ille fugiens in scalarum tenebras abdidiſſet, &c.
pro Mil. 15.

¹¹⁶ Deinde ſine ſenatus conſulto, ſine forte, ſine lege ad Cæſarem cucurriſti. Id enim unum in terris egeſtatis, æris alieni, nequitia, perditis vitæ rationibus perſugium eſſe ducebas — advolavi egens ad Tribunatum, ut in eo Magiſtratu, ſi poſſes, viri tui ſimilis eſſes — ut Helena Trojanis, ſic iſte huic Reipub. cauſa belli, &c. — Phil. 2. 21, 22.

¹¹⁷ Aut addita cauſa, ſi forte Tribunus pleb. ſenatum impediens, aut populum incitans, notatus, aut ſenatus conſulto circumſcriptus, aut ſublatus aut expulſus ſit, dicenſve ſe expulſum, ad illum confugerit — Ad Att. 7. 9.

¹¹⁸ Ibid. it. Ep. Fam. 16. 11.

¹¹⁹ Alterius ducis cauſa melior videbatur, alterius erat firmior. Hic omnia ſpecioſa, illic valentia. Pompeium ſenatus auctoritas, Cæſarem militum armavit fiducia. Vell. Pat. 2. 49.

¹²⁰ Plutar. in Anton.

¹²¹ An ille id faciat, quod paullo ante decretum eſt, ut exercitum citra Rubiconem, qui finis eſt Gallia, educeret? — Philip. 6. 3.

Itaque cum Cæſar amentia quadam raperetur, & — Ariminum, Piſaurum, Anconam, Arretium occupaviſſet, Urbem reliquimus — Ep. Fam. 16. 12.

¹²² Nobis tamen inter has turbas Senatus frequens flagitavit Triumphum: ſed Lentulus Conſul, quo majus ſuum beneficium faceret, ſimul atque expediſſet quæ eſſent neceſſaria de Repub. dixit ſe relaturum. Ep. Fam. 16. 11.

¹²³ Ego negotio præſum non turbulento; vult enim me Pompeius eſſe, quem tota hæc Campana & maritima ora

habeat ἐπίτροπον, ad quem electus & summa negotii referretur. Ad Att. 7. 11.

Ego adhuc oræ maritimæ præsum a Formis. Nullum majus negotium fuscipere volui, quo plus apud illum meæ litteræ cohortationesque ad pacem valerent. Ep. Fam. 16. 12.

¹²⁴ Nam certe neque tum peccavi, cum imperatam jam Capuam, non solum ignaviæ delectus, sed etiam perfidiæ suspicionem fugiens, accipere nolui — Ad Att. 8. 12.

Quod tibi ostenderam, cum a me Capuam rejiciebam; quod feci non vitandi oneris causa, sed quod videbam teneri illam urbem sine exercitu non posse — Ep. Cic. ad Att. 8. 11.

As Cicero, when Proconsul of Cilicia, often mentions the *Dioceses* that were annexed to his government, Ep. Fam. 13. 67. so in this command of Capua he calls himself the *Episcopus* of the Campanian coast: which shows, that these names, which were appropriated afterwards in the Christian Church to characters and powers Ecclesiastical, carried with them, in their original use, the notion of a real authority, and jurisdiction.

¹²⁵ Gladiatores Cæsaris, qui Capuæ sunt — sane com-
mode Pompeius distribuit, binos singulis patribus familiarum.
Scutorum in ludo 133 fuerunt: eruptionem facturi fuisse dicebantur — sane multum in eo Reip. provisum est. Ad Att. 7. 14.

¹²⁶ Maximam autem plagam accepit, quod is, qui summam auctoritatem in illius exercitu habebat, T. Labienus socius sceleris esse noluit: reliquit illum, & nobiscum est: multique idem facturi dicuntur. Ep. Fam. 16. 12.

Aliquantum animi videtur attulisse nobis Labienus — Ad Att. 7. 13.

Labienum secum habet (Pompeius) non dubitantem de imbecillitate Cæsaris copiarum: cuius adventu Cnæus noster multo animi plus habet. Ib. 7. 16.

Nam in Labieno parum est dignitatis. Ib. 8. 2.

— fortis in armis

Cæsareis Labienus erat: nunc transfuga vilis ———

Lucan. 5. 345.

¹²⁷ Balbus major ad me scribit, nihil malle Cæsarem, quam, principe Pompeio, sine metu vivere. Tu, puto, hæc credis. Ad Att. 8, 9.

¹²⁸ Feruntur omnino conditiones ab illo, ut, Pompeius eat in Hispaniam; dilectus, qui sunt habiti, & præsidia nostra dimittantur: se ulteriorem Galliam Domitio, citeriorem Confidio Noniano — traditurum. Ad Consulatus petitionem se venturum; neque se jam velle, absente se, rationem sui haberi. Ep. Fam. 16. 12. ad Att. 7. 14.

Accepimus conditiones sed ita, ut removeat præsidia ex iis locis, quæ occupavit, ut sine metu de iis ipsis conditionibus Romæ Senatus haberi posset. Ibid.

¹²⁹ Ad Att. 7, 15.

¹³⁰ Spero in præsentia pacem nos habere. Nam & illum furoris, & hunc nostrum copiarum supponit. Ib.

Tamen vereor ut his ipsis (Cæsar) contentus sit. Nam cum ista mandata dedisset L. Cæsari, debuit esse paullo quietior, dum responsa referrentur. Ib. 7. 17.

Cæsarem quidem, L. Cæsare cum mandatis de pace misso, tamen aiunt acerrime loca occupare — Ib. 18.

L. Cæsarem vidi — ut id ipsum mihi ille videatur irridendi causa fecisse, qui tantis de rebus huic mandata dederit.

nisi forte non dedit, & hic sermone aliquo arrepto pro mandatis abusus est — Ib. 13.

¹³¹ Accepi literas tuas, Philotimi, Furnii, Curionis ad Furnium, quibus irridet L. Cæsaris legationem. — Ib. 19.

¹³² Cæf. Comment. de Bell. Civ. l. 1.

¹³³ O celeritatem incredibilem! — ad Att. 7. 22. Cicero calls him a monster of vigilance, and celerity — — Ib. 8. 9. for from his passage of the Rubicon, though he was forced to take in all the great Towns on his road, and spent seven days before Corfinium, yet in less than two months he marched through the whole length of Italy, and came before the gates of Brundisium before Pompey could embark on the 9th of March. Ad Att. 9. 13.

¹³⁴ Intellego serius equidem quam vellem, propter epistolas sermonesque Balbi, sed video plane nihil aliud agi, nihil actum ab initio, quam ut hunc occideret. Ad Att. 9. 5.

¹³⁵ Existimat, (Pompeius) qui mare teneat, eum necesse rerum potiri — itaque navalis apparatus ei semper antiquissima cura fuit. Ib. 10. 8.

¹³⁶ Cum Cæsar amentia quadam raperetur — Ep. Fam. 16. 12.

¹³⁷ Omnes nos ἀπροσβλήτως, expertes fui tanti & tam inusitati consilii relinquebat. Ad Att. 8. 8.

Pompeius — ad me scribit, paucis diebus se firmum exercitum habiturum, spemque affert, si in Piconum agrum ipse venerit, nos Romam redituros esse. Ib. 7. 16.

¹³⁸ Suscepto autem bello, aut tenenda sit urbs, aut ea relicta, ille commeatu & reliquis copiis intercludendus — Ad Att. 7. 9.

Sin autem ille suis conditionibus stare noluerit, bellum paratum est: — tantummodo ut eum intercludamus, ne

ad urbem possit accedere: quod sperabamus fieri posse: dilectus enim magnos habebamus — ex Hispaniaque sex legiones & magna auxilia, Afranio & Petreio ducibus, habet a tergo. Videtur, si infaniet, posse opprimi, modo ut urbe salva — Ep. Fam. 16. 12.

Summa autem spes Afranium cum magnis copiis adventare — Ad Att. 8. 3.

¹³⁹ Nos disjecta manu pares adversariis esse non possumus. —

Quamobrem nolito commoveri, si audieris me regredi, si forte Cæsar ad me veniet, — etiam atque etiam te hortor, ut cum omni copia quamprimum ad me venias. — vid. Epist. Pomp. ad Domit. Ad Att. 8. 12.

¹⁴⁰ Domitius ad Pompeium — mittit, qui petant atque orent, ut sibi subveniat: Cæsarem duobus exercitiis, & locorum angustiiis intercludi posse, frumentoque prohiberi, &c.

Cæs. Comment. de Bell. Civ. l. i.

¹⁴¹ Ad Att. 8. 3.

¹⁴² Ibid. 8. 7.

¹⁴³ Istum cujus *καλαρισμὸν* times, omnia teterrime facturum puto. Ad Att. 7. 12.

Incertum est Phalarimne an Pisistratum sit imitaturus — Ib. 20.

Nam cædem video si vicerit — & regnum non modo Romano homini sed ne Persæ quidem tolerabile — Ib. 10. 8.

Qui hic potest se gerere non perdit? vita, mores, antefacta, ratio suscepti negotii, focii — Ib. 9. 2. it. 9. 19.

¹⁴⁴ Atque eum loqui quidam *αὐθεντικῶς* narrabant; Cn. Carbonis, M. Bruti se pœnas persequi, &c. Ad Att. 9. 14.

¹⁴⁵ Τὴν θεῶν μεγίστην ἔχει τυρανίδα. Ad Att. 7. 11.

Tentemus hoc modo, si possumus, omnium voluntates recuperare, & diuturna victoria uti: quoniam reliqui credulitate odium effugere non potuerunt, neque victoriam diutius tenere, præter unum L. Syllam, quem imitaturus non sum. Hæc nova sit ratio vincendi; ut misericordia & liberalitate nos munianus. — Ep. Cæsaris ad Opp. Att. 9. 7.

¹⁴⁶ Cæs. Comment. l. 1. Plutar. in Cæs. —

¹⁴⁷ Sed obsecro te, quid hoc miserius, quam alterum plausus in foedissima causa quærere; alterum offensiones in optima? alterum existimari conservatorem inimicorum, alterum desertorem amicorum? & mehercule quamvis amemus Cnæum nostrum ut & facimus & debemus, tamen hoc, quod talibus viris non subvenit, laudare non possum. Nam siue timuit, quid ignavius? siue ut quidam putant, meliorem suam causam illorum cæde fore putavit, quid iniustius? — Ad Att. 8. 9.

¹⁴⁸ Ad Att. 9. 16.

¹⁴⁹ Qui amisso Corfinio denique me certiolem consilii sui fecit. — Ib. 9. 2.

¹⁵⁰ Epistolarum Pompeii duarum, quas ad me misit, negligentiam, meamque in scribendo diligentiam volui tibi notam esse: earum exempla ad te misi. Ib. 8. 11.

¹⁵¹ Ad Att. 8. 11.

¹⁵² Nihil prætermisum est, quod non habeat sapientem excusationem — & plane quid rectum, & quid faciendum mihi esset, diutius cogitare malui — Ib. 8. 12.

¹⁵³ Ad Att. 8. 9.

¹⁵⁴ Nec me Consules movent, qui ipsi pluma aut folio facilius moventur — ut vicem meam doleres, cum me derideri videres. Ib. 8. 15.

¹⁵⁵ Ad Att. 8. 15.

¹⁵⁶ Quod quæris quid Cæsar ad me scripserit. Quod sæpe : gratissimum sibi esse quod quierim : oratque ut in eo perseverem. Balbus minor hæc eadem mandata. lb. 8. 11.

¹⁵⁷ Ad Att. 9. 6. 11.

¹⁵⁸ Epistolam meam quod pervulgatam scribis esse non fero moleste. Quin etiam ipse multis dedi describendam. Ea enim & acciderunt jam & impendent, ut testatum esse velim de pace quid fenserim. Cum autem eum hortarer, eum præsertim hominem, non videbar ullo modo facilius moturus, quam si id, quod cum hortarer, convenire ejus sapientiæ dicerem. Eam si admirabilem dixi, cum eum ad salutem patriæ hortarer, non sum veritus, ne viderer assentiri, cui tali in re lubenter me ad pedes abjecissem, &c. lb. 8. 9.

¹⁵⁹ Ad Att. 9. 8.

¹⁶⁰ Ibid.

¹⁶¹ Ibid. 9. 18.

¹⁶² Ego meo Ciceroni, quoniam Roma caremus, Arpini potissimum togam puram dedi, idque municipibus nostris fuisse gratum — lb. 19.

¹⁶³ Litteras ejus ad Cæsarem missas ita graviter tulimus, ut te quidem celaremus; — tantum scio post Hirtium conventum, arcessitum ab Cæsare; cum eo, de meo animo ab suis consiliis alienissimo, & consilio relinquendi Italiam — lb. 10. 4, 5, &c.

Quintum puerum accepi vehementer. Avaritiam video fuisse, & spem magni congiarii. Magnum hoc malum est. — lb. 10. 7.

¹⁶⁴ Cæsar mihi ignoscit per litteras, quod non Romam venerim, seseque in optimam partem id accipere dicit. Facile patior, quod scribit, secum Tullum & Servium questos esse, quia non idem sibi, quod mihi remisisset. Homines

ridiculos, qui cum filios misissent ad Cn. Pompeium circumfidendum, ipsi in senatum venire dubitarent. *Ib.* 10. 3.

¹⁶⁵ Ad Att. 10. 8.

¹⁶⁶ *Ibid.*

¹⁶⁷ M. Cælii epistolam scriptam miserabiliter — *Ib.* 10. 9.

¹⁶⁸ Ep. Fam. 8. 16.

¹⁶⁹ Illud te non arbitror fugere; quin homines in diffensione domestica debeant, quamdiu civiliter sine armis cernetur, honestiorem sequi partem: ubi ad bellum & castramentum sit, firmiorem: & id melius statuere, quod tutius sit. Ep. Fam. 8. 14.

¹⁷⁰ Ad Att. 10. 4.

¹⁷¹ *Ib.* 7. 12. 15.

¹⁷² Dio. p. 161.

¹⁷³ C. Cassius — attulit mandata ad Consules, ut Romam venirent, pecuniam de sanctiore ærario auferrent — Consul rescriptit, ut prius ipse in Picenum — Ad Att. 7. 21.

¹⁷⁴ Nec fuit aliis temporibus Respub. locupletior. *Plin. Hist.* 33. 3.

¹⁷⁵ Accedit etiam molesta hæc pompa lictorum meorum, nomenque imperii quo appellor, — sed incurrit hæc nostra laurus non solum in oculos, sed jam etiam in voculas malevolorum — Ep. Fam. 2. 16.

¹⁷⁶ Cum ego sæpissime scripisssem, nihil me contra Cæsaris rationes cogitare; meminisse me generi mei, meminisse amicitiae, potuisse si aliter sentirem, esse cum Pompeio, me autem, quia cum lictoribus invitus cursarem, abesse velle — Ad Att. 10. 10.

¹⁷⁷ *Ibid.* 10. 10.

¹⁷⁸ Nominatim de me sibi imperatum dicit Antonius, nec me tamen ipse adhuc viderat, sed hoc Trebatio narravit. *Ib.* 10. 12.

Antonius

Antonius — ad me misit, se pudore deterritum ad me non venisse, quod me sibi succensere putaret — Ib. 10. 15.

¹⁷⁹ Hic tamen Cytheridem secum lectica aperta portat, altera uxorem: septem præterea conjunctæ lecticæ sunt amicarum, an amicorum? vide quam turpi leto pereamus: & dubita, si potes, quin ille seu victus, seu victor redierit, eadem facturus sit. Ego vero vel lintriculo, si navis non erit, eripiam me ex istorum parricidio. Sed plura scribam cum illum convenero — Ib. 10. 10.

¹⁸⁰ Tu Antonii leones pertimescas, cave. Nihil est illo homine jucundius. Ib. 10. 13.

¹⁸¹ Jugo subdidit eos, primusque Romæ ad currum junxit Antonius; & quidem civili bello cum dimicatum esset in Pharsalicis campis; non sine ostento quodam temporum, generosos spiritus jugum subire illo prodigio significante: nam quod ita vectus est cum mima Cytheride, supra monstra etiam illarum calamitatum fuit. — Plin. Hist. 16. 8.

¹⁸² In his ego me consultationibus exercens, differens in utramque partem, tum græce tum latine, abduco parumper animum a molestiis & τῇ πρῆντι τὶ delibero. Ad Att. 9. 4.

¹⁸³ Hujus autem epistolæ non solum ea causa est, ut ne quis a me dies intermittatur, quin dem ad te litteras, sed — Ib. 8. 12.

Alteram tibi eodem die hanc epistolam dictavi, & pridie dederam mea manu longiorem — Ib. 10. 3.

¹⁸⁴ Ego quidem tibi non sim auctor, si Pompeius Italiam relinquit, te quoque profugere, summo enim periculo facies, nec Reipub. proderis; cui quidem posterius poteris prodesse, si manseris — Ib. 9. 10.

¹⁸⁵ Ingrati animi crimen horreo — Ib. 9. 2. 5. 7.
Nec mehercule hoc facio Reipub. causa, quam funditus deletam puto, sed nequis me putet ingratum in eum,

qui me levavit iis incommodis, quibus ipse affecerat — Ib. 9. 19.

Fortunæ sunt committenda omnia. Sine sp̄e conamur ulla. Si melius quid acciderit mirabimur — Ib. 10. 2.

¹⁸⁶ Sicut ἐν τοῖς ἐρωτικοῖς, alienant immundæ, infulsæ, indecoræ: sic me illius fugæ, negligentiaque deformitas avertit ab amore — nunc emergit amor, nunc desiderium ferre non possum. Ib. 9. 10.

¹⁸⁷ Sed cum ad me mea Tullia scribat, orans, ut quid in Hispania geratur expectem, & semper adscribat idem videri tibi — Ib. 10. 8.

Lacrymæ meorum me interdum molliunt, precantium, ut de Hispaniis expectemus — Ib. 10. 9.

¹⁸⁸ Cujus quidem virtus mirifica. Quomodo illa fert publicam cladem? quomodo domesticas tricas? quantus autem animus in discessu nostro? sit εὐφρῆ, sit summa σθένος; tamen nos recte facere & bene audire vult. Ib. 10. 8.

¹⁸⁹ Si pelletur, quam gratus aut quam honestus tum erit ad Pompeium noster adventus, cum ipsum Curionem ad ipsum transiturum putem? si trahitur bellum, quid expectem, aut quamdiu? relinquitur, ut si vincimur in Hispania, quiescamus. Id ego contra puto: istum enim victorem relinquendum magis puto, quam victum — Ibid. —

Astute nihil sum acturus; fiat in Hispania quidlibet. Ib. 10. 6.

Ego vero Solonis — legem negligam, qui capite fanxit, si qui in seditione non alterutrius partis fuisset — Ib. 10. 1.

¹⁹⁰ Sin autem tibi homini prudentissimo videtur utile esse, no colloqui, quanquam longius etiam cogitabam ab urbe discedere, cujus jam etiam nomen invitus audio, tamen propius accedam — Ep. Fam. 4. 1.

Restat ut discedendum putem ; in quo reliqua videtur esse deliberatio, quod consilium in discessu, quæ loca sequamur — si habes jam statutum, quid tibi agendum putes, in quo non sit conjunctum consilium tuum cum meo, superfedear hoc labore itineris — Ib. 4. 2.

¹⁹¹ Servii consilio nihil expeditur. Omnes captiones in omni sententia occurrunt. Unum C. Marcello cognovi timiditatem, quem Consulem fuisse pœnitet — qui etiam Antonium confirmasse dicitur ut me impediret, quo ipse, credo, honestius. — Ad Att. 10. 15.

¹⁹² Curio mecum vixit — Siciliae diffidens, si Pompeius navigare cœpisset — Ib. 10. 7.

Curio — Pompeii classem timebat : quæ si esset, se de Sicilia abiturum. Ib. 10. 4.

Cato qui Siciliam tenere nullo negotio potuit, & si tenuisset, omnes boni ad eum se contulissent, Syracusis profectus est a. d. 8 Kal. Maii. — Utinam, quod aiunt, Cotta Sardiniam teneat ! Est enim rumor. O, si id fuerit, turpem Catonem ! — Ib. 10. 16.

¹⁹³ Ego ut minuerim suspicionem profectionis, — profectus sum in Pompeianum a. d. 1111. Id. Ut ibi essem, dum quæ ad navigandum opus essent, pararentur. Ib.

¹⁹⁴ Cum ad villam venissem, ventum est ad me, Centuriones trium Cohortium, quæ Pompeiis sunt, me velle postridie ; hæc mecum Ninnius noster, velle eos mihi se & oppidum tradere. At ego tibi postridie a villa ante lucem, ut me omnino illi non viderunt. Quid enim erat in tribus cohortibus ? quid si plures, quo apparatu ? — & simul fieri poterat, ut tentaremur. Omnem igitur suspicionem sustuli — Ibid.

¹⁹⁵ Dominatio quæsitæ ab utroque est. Ib. 8. 11.

Regnandi contentio est; in qua pulsus est modestior Rex, & probior & integrior; & is, qui nisi vincit nomen populi Romani deleatur neceffe est: sin autem vincit, Syllano more exemploque vincet — Ib. 10. 7.

¹⁹⁶ A. d. 111. Id. Jun. Ep. Fam. 14. 7. It is remarkable, that among the reasons, which detained Cicero in Italy longer than he intended, he mentions the tempestuous weather of the Equinox, and the calms that succeeded it; yet this was about the end of May. Ad Att. 10. 17, 18. which shows what a strange confusion there was at this time in the Roman Kalendar; and what necessity for that reformation of it, which Cæsar soon after effected, in order to reduce the computation of their months to the regular course of the seasons from which they had so widely varied. Some of the commentators, for want of attending to this cause, are strangely puzzled; to account for the difficulty; and one of them ridiculously imagines, that by the Equinox, Cicero covertly means Antony, who used to make his days and nights equal, sleeping as much as he waked.

¹⁹⁷ Ego prudens ac sciens ad pestem ante oculos positam tum profectus. Ep. Fam. 6. 6.

Prudens & sciens tanquam ad interitum ruerem voluntarium. Pro M. Marcel. 5. Quid ergo acturus es? idem, quod pecudes, quæ dispulsæ sui generis sequuntur greges. Ut bos armenta, sic ego bonos viros, aut eos, quicunque dicentur boni, sequar, etiam si ruent — Ad Att. 7. 7.

¹⁹⁸ Fratrem — socium hujus fortunæ esse non erat æquum: cui magis etiam Cæsar irascetur. Sed impetrare non possum, ut maneat. Ib. 9. 1. frater, quicquid mihi placeret, id rectum se putare aiebat. Ib. 9. 6.

¹⁹⁹ Quam crebro illud, "Sylla potuit, ego non potero?" —

Ita Syllaturit animus ejus, & proscripturit diu. Att. 9.
 10. Cnæus noster Syllani regni similitudinem concupivit,
 ἡδωσ' σοι λίσγω. Ib. 7. ut non nominatim sed generatim
 proscriptio esset informata. Ib. 11. 9.

²⁰⁰ Vid. ad Att. 11. 1, 2, 3, 4.

²⁰¹ Et si ego rebus omnibus, quod is quoque in angustiis
 est, quicum sumus, cui magnam dedimus pecuniam mutuam,
 opinantes nobis, constitutis rebus, eam rem etiam honore
 fore. Ib. 11. 3. si quas habuimus facultates, eas Pompeio
 tum, cum id videbamus sapienter facere, detulimus. Ib. 13.

²⁰² Quippe mihi nec quæ accidunt, nec quæ aguntur,
 ullo modo probantur. Ib. 11. 4. nihil boni præter causam.
 Ep. Fam. 7. 3. itaque ego, quem tum fortes illi viri,
 Domitii & Lentuli, timidum esse dicebant, &c. Ib. 6. 28.
 quo quidem in bello, nihil adversi accidit non prædicente
 me. Ib. 6.

²⁰³ Cujus me mei facti poenituit, non tam propter peri-
 culum meum, quam propter vitia multa, quæ ibi offendi,
 quo veneram. Ib. 7. 3. — Plutar. in Cic.

²⁰⁴ Ipse fugi adhuc omne munus eo magis, quod ita ni-
 hil poterat agi, ut mihi & meis rebus aptum esset. Ad. Att. 11.
 4. Quod autem idem mœstitiam meam reprehendit idem
 jocum; magno argumento est, me in utroque fuisse mode-
 ratum. Phil. 2. 16.

Some of Cicero's sayings on this occasion are preserved
 by different writers. When Pompey put him in mind of
 his coming so late to them: how can I come late, said he,
 when I find nothing in readiness among you? — and upon
 Pompey's asking him sarcastically, where his son-in-law
 Dolabella was; he is with your Father-in-law, replied he.
 To a person newly arrived from Italy, and informing them
 of a strong report at Rome, that Pompey was blocked up

by Cæsar; and you sailed hither therefore, said he, that you might see it with your own eyes. And even after their defeat, when Nonnius was exhorting them to courage, because there were seven eagles still left in Pompey's camp; you encourage well, said he, if we were to fight with Jackdaws. By the frequency of these splenetic jokes, he is said to have provoked Pompey so far as to tell him, I wish that you would go over to the other side, that you may begin to fear us. Vid. Macrob. Saturn. 2. 3. Plutar. in Cicer.

²⁰⁵ Brutus amicus in causa versatur acriter. Ad Att. 11. 4.

Vid. Plutar. in Brut. & Pomp.

²⁰⁶ Quorum dux quam ἀσφατήνῃλος, tu quoque animadvertis, cui ne Picena quidem nota sunt: quam autem sine consilio, res testis. Ad Att. 7. 13.

Si iste Italiam relinquet, faciet omnino male, & ut ego existimo ἀλογίστως, &c. Ib. 9. 10.

²⁰⁷ Ecquando tu hominem ineptiorem quam tuum Cn. Pompeium vidisti? qui tantas turbas, qui tam nugax esset, commoritur? ecquem autem Cæsare nostro acriorem in rebus agendis, eodem in victoria temperatiorem, aut legisti aut audisti? Ep. Fam. 8. 15.

²⁰⁸ Omnis hæc classis Alexandria, Colchis, Tyro, Sidone, Cipro, Pamphylia, Lycia, Rhodo, &c. ad intercludendos Italiæ commeatus — comparatur — Ad Att. 9. 9.

Nunciat Ægyptum — cogitare; Hispaniam abjecisse, Monstra narrant — Ad Att. 9. 11.

²⁰⁹ Ire se ad exercitum sine duce, & inde reversurum ad ducem sine exercitu. Sueton. J. Cæs. 34.

²¹⁰ Cæs. Comment. 1. 2.

²¹¹ Illi se daturos negare, neque portas Consuli præclusuros.

Cæs. Comm. l. 3. 590.

²¹² Desperans victoriam, primum cœpi suadere pacem, cujus fueram semper auctor; deinde cum ab ea sententia Pompeius valde abhorreret. Ep. Fam. 7. 3.

Vibullius — de Cæsaris mandatis agere instituit; eum ingressum in sermonem Pompeius interpellavit, & loqui plura prohibuit. Quid mihi, inquit, aut vita aut civitate opus est, quam beneficio Cæsaris habere videbor? Cæs. Comm. 3. 596.

²¹³ Illud autem a te peto, ut, si jam ille evitaverit hoc periculum, & se abdiderit in classem, tu tuis rebus consulas: & aliquando tibi potius quam cuivis, sis amicus. Satis factum est jam a te vel officio, vel familiaritati; satisfactum etiam partibus, & ei Reipub. quam tu probabas. Reliquum est, ubi nunc est Respub. ibi simus potius, quam dum veterem illam sequimur, simus in nulla. Ep. Fam. 9. 9.

²¹⁴ Cæs. Comm. 3. 600.

²¹⁵ Vos dormitis, nec hæc adhuc mihi videmini intelligere, quam nos pateamus, & quam simus imbecilli — quid istic facitis? prælium expectatis, quod firmissimum est? vestras copias non novi. Nostri valde depugnare, & facile algere & esurire consueverint. Ep. Fam. 8. 17.

²¹⁶ Cum ab ea sententia Pompeius valde abhorreret, suadere institui, ut bellum duceret: hoc interdum probabat & in ea sententia videbatur fore, & fuisset fortasse, nisi quadam ex pugna cœpisset militibus suis confidere. Ex eo tempore vir ille summus nullus Imperator fuit: victus turpissime, amissis etiam castris, solus fugit. Ep. Fam. 7. 3.

²¹⁷ Hoc civili bello, Dii immortales! — quæ nobis in Græciam Româ responsa Haruspicum missa sunt? quæ

dicta Pompeio? — etenim ille admodum extis & ostentis movebatur. De Div. 2. 24.

²¹⁸ Καὶ ἐπὶ τῷδε αὐτὸν βασιλέα καὶ ἀγκυμένονα καλέντων, ὅτι καλέϊν Βασιλέων διὰ τὸν πόλεμον ἤρχεν; ἐξέστη τῶν οἰκίων λογισμῶν, καὶ ἐνέδωκεν αὐτοῖς. App. p. 470.

Milites otium, focii moram, Principes ambitum ducis increpabant. Flor. l. 4. 2. Dio. p. 185. Plut. in Pomp.

²¹⁹ Cæsar pro natura ferox, & conficiendæ rei cupidus, ostentare aciem, provocare, laceßere; nunc obsidione castrorum, quæ sedecim millium vallo obduxerat; (sed quid his obesset obsidio, qui patente mari omnibus copiis abundarent?) nunc expugnatione Dyrrhachii irrita, &c. Flor. l. 4. c. 2.

Ὁμολογεῖ τε μετὰ γινώσκειν πρὸς Δυρραχίῳ στρατοπεδεύσας, &c. App. p. 468.

²²⁰ Non iis rebus pugnabamus, quibus valere poteramus, consilio, auctoritate, causa, quæ erant in nobis superiora; sed lacertis & viribus, quibus pares non fuimus. Ep. Fam. 4. 7.

Dolebamque pilis & gladiis, non consiliis neque auctoritatibus nostris de jure publico disceptari — Ep. Fam. 6. 1.

²²¹ Ipse fugi adhuc omne munus, eo magis, quod nihil ita poterat agi, ut mihi & meis rebus aptum esset — me conficit sollicitudo, ex qua etiam summa infirmitas corporis; qua levata, ero cum eo, qui negotium gerit, estque in magna spe — Ad Att. 11. 4.

²²² Quo tamen in bello cum te Pompeius alæ alteri præfecisset, magnam laudem & a summo viro & ab exercitu consequere, equitando, jaculando, omni militari labore tolerando: atque ea quidem tua laus pariter cum Repub. cecidit. De Offic. 2. 13.

²²³ Multa de pace dixi, & in ipso bello, eadem etiam cum capitis mei periculo sensi. Pro Marcell. 5.

²²⁴ Paucis sane post diebus ex Pharfalica fuga venisse Labienum: qui cum interitum exercitus nunciavisset, — naves subito perterriti conscendistis. De Divin. 1. 32.

²²⁵ Hunc ego belli mihi finem feci; nec putavi, cum integri pares non fuissetis, fractos superiores fore. Ep. Fam. 7. 3.